

Cantica

omnis homo. Cuncta que fiunt a deo
cet deus in iudicium pro omni creato:
sive bonum sive malum fit.

Explicit liber ecclesiastes. Incipiunt
Cantica canticorum. Capiculu I

Sculetur

o me osculo oris sui.
Quia meliora sunt
vbera tuo vino: fra-
gratia vnguetis opti-
mis. Oleum effusum
nomen tuum: ideo adolescentule dilexe-
runt te. Traxerunt me post te. Curremus in
odore vnguentorum tuorum. Introduxit
me rex in cellaria sua. Exultabimus et le-
tabimur in te: memores vberum tuorum
super vinum. Recti diligunt te. Nigra sum
sed formosa filie hierusalem. sicut taber-
naculum cedari. sicut pelles salemonis. No-
lite me considerare quia fulca sum quia de-
colorauit me sol. Filij matris mee pu-
gnauerunt contra me: posuerunt me cu-
stodiam vineis. Clineam meam non cu-
stodiui. Indica mihi quem diligit anima
mea. vbi pascas. vbi cubes in meridie.
ne vagari incipiam post greges sodalium
tuorum. Si ignoras te o pulcherrima inter
mulieres. egredere et abi post vestigia
gregum tuorum. et pascas hedos tuos iuxta
tabernacula pastorum. Equitatum meo
in curribus pharaonis assimilauit te a-
mica mea. Pulcre sunt gene tue sicut
turturis: collum tuum sicut monilia.
Murenulas atreas faciemus tibi: ver-
miculatas argento. Dum esset rex in ac-
cubitu suo: nardus mea dedit odorem
suum. Fasciculus myrtis dilectus me-
us mihi: inter vbera mea commorabitur.
Botrus cypri dilectus meus mihi: in vi-
neis engaddi. Ecce tu pulchra es amica
mea: ecce tu pulchra oculi tui columbarum.
Ecce tu pulchra es dilecte mi: et decorus
lectulus noster floridus: rigna domo-
rum nostrarum cedrina: laquearia nos-
tra cypressina.

II

e Go flos campi: et lilium cons-
uallium. Sicut liliū inter spi-
nas: sic amica mea inter filias.

Sicut malus inter ligna siluarum: sic di-
lectus meus inter filios. Sub umbra
illius quem desideraueram sedi. et fructus
eius dulcis gutturi meo. Introduxit
me rex in cellam vinariam. ordinauit in me
charitatem. Fulcite me floribus. stipate
me malis: quia amore langueo. Leua eius
sub capite meo. et dextera illius amplexa-
bitur me. Adiuro vos filie hierusalem. p-
capreas ceruosque camporum: ne suscitatis:
neque euigilare faciatis dilectam quoadus-
que ipsa uelit. Gloriam dilecti mei. Ecce iste
uenit saliens in montibus transiens colles:
Similis est dilectus meus capree hin-
nuloque ceruorum. En ipse stat post parietem
nostrum respiciens per fenestras: prospiciens
per cancellos. En dilectus meus loqui-
tur mihi. Surge propterea amica mea col-
lumba mea. formosa mea et ueni. Jam
enim hiemps transiit: imber abiit et recessit.
Flores apparuerunt in terra nostra: tempus pu-
tationis aduenit. Gloriam turturis audita
est in terra nostra. ficus protulit grossos
suos: vinee florentes dederunt odorem
suum. Surge propterea amica mea specio-
sa mea et ueni: collumba mea in forami-
nibus petre in caverna macerie. Osten-
de mihi faciem tuam: sonet vox tua in au-
ribus meis. Gloriam enim tua dulcis et facies
tua decora. Capite nobis vulpes pu-
las: que demoluntur vineas. Nam vi-
nea nostra floruit. Dilectus meus mihi et
ego illi: qui pascit inter lilia donec aspi-
ret dies: et inclinentur umbræ. Reuer-
tere. similis esto dilecte mi capree hin-
nuloque ceruorum super montes bethel.

III
i lectulo meo per
noctem quæsiui quem diligit
anima mea. Quæsiui illum. et
non inueni. Surgam et circuibo ciuita-
tem per vicus et plateas queram quem
diligit anima mea. Quæsiui illum et non
inueni. Inuenerunt me vigiles: qui
custodiunt ciuitatem. Num quem di-
ligit anima mea vidistis? Paululum

Cantica

tum p̄transissem eos inueni quem dili-
git aīa mea. Tenui eū: nec dimittā: dō/
nec introducam illum in domū matris
mee. et in cubiculū genitricis mee. Ad-
iuuro vos filie hierusalem p̄ capreas cer-
uosq; campoz: ne suscitatis: neq; euigi-
lare faciatis dilectam donec ipsa velit.
Que est ista que ascēdit p̄ desertū sicut
virgula fumi ex aromatibus myrrh̄e et
thuris. et vniuersē pulueris pigmenta-
rij. En lectulū salomonis sexaginta for-
tes ambiūt ex fortissimis israel: oēs te-
nentes gladios: et ad bella doctissimi.
Vnius cuiusq; ensis sup̄ semur suū: pro-
pter timores nocturnos. Ferulū fecit
sibi rex salomon de lignis libani. Colu-
mnas eius fecit argēteas. reclinatoziuz
aureū. ascensum purpureū: media cha-
ritate. p̄strauit p̄pter filias hierusalem.
Egredimini filie sion ⁊ videte regē sa-
lomonem in diademate quo coronauit
illum mater sua in die de sponsationis
illius. et in die leticie cordis eius.

Quam pulcra es amica III
q mea: q̄ pulcra es. Oculi tui co-
lumbaz absq; eo qd̄ intrinsec⁹
latet. Capilli tui sicut greges capraruz
que ascenderūt de monte galaad. Den-
tes tui sicut greges coniaz: que ascen-
derūt de lauacro. Omnes gemellis feti-
bus et sterilis non est inter eas. Sicut
vitta coccinea labia tua. et eloquiū tuū
dulce. Sicut fragmen malipunicij: ita
gene tue absq; eo qd̄ intrinsecus latet.
Sicut turris dauid collum tuum: que
edificata est cū p̄pugnaculis. Mille cly-
pei pendent ex ea: omnis armatura for-
tium. Duo vbera tua sicut duo hinu-
li capree gemelli: qui pascūtur in lilijis.
donec aspiret dies ⁊ inclinētur vmbre.
Gladam ad montem myrrh̄e. et ad collē
thuris. Tota pulcra es amica mea. et
macula non est in te. Veni de libano
sponsa mea: veni de libano veni. Coro-
nonaberis de capite amana de vertice sa-
nir et hermon: de cubilibz leonū de mō-
tibus pardoz. Vulnerasti cor meū: soroz
mea sponsa: vulnerasti cor meū in vno

oculorum tuoz. et in vno crine colli tui
De pulcre sunt mamme tue soroz mea
sponsa. Pulciora sunt vbera tua vino
et odor vnguentoz tuozum sup̄ omnia
aromata. Fauus distillās labia tua spō-
sa: mel et lac sub lingua tua. et odor ve-
stimentoz tuoz sicut odor thuris.
Hortus conclusus soroz mea sponsa. Hortus
conclusus. fons signatus. Emissio-
nes tue paradisus malozū punicoz cū
pomoz fructibz. Cypri cum nardo. nardi-
cus ⁊ crocus: fistula ⁊ cinnamomū cū
vniuersis lignis libani. myrrha et aloē
cum omnibz primis vnguentis. Fons
hortoz puteus aquaz viuentium que
fluunt impetu de libano. Surge aquis
lo et veni auster: perfla hortum meū: et
fluent aromata illius.

V
Veniat dilectus meus in hortū
v suū: vt comedat fructū pomoz
suoz. Veni in hortum meū so-
roz mea sponsa: messui myrrhā meā cū
aromatibz meis. Comedi fauum cum
melle meo. et bibi vinū meum cū lacte
meo. Comedite amici ⁊ bibite ⁊ inebri-
amini charissimi. Ego dormio ⁊ cor me-
um vigilat. Glor dilecti mei pulsantis.
Aperi mihi soroz mea. amica mea. colū-
ba mea. immaculata mea: q̄ caput me-
um plenum est roze. ⁊ cincinnati mei gut-
tis noctium. Expoliam me tunica mea
quod induar illa: Laui pedes meos quod
inquinabo illos: Dilectus meus misit
manū suam per foramen. et venter me-
us intremuit ad tactum eius. Surre-
xi vt aperire dilecto meo. Manus mee
stillauerunt myrrham. ⁊ digiti mei ple-
ni myrrha probatissima. Pessulū ostij
mei aperui dilecto meo: at ille declina-
uerat atq; transierat. Anima mea lique-
facta est: vt dilectus locutus est. Quesi-
ui et non inueni illum: vocaui et nō re-
spondit mihi. Inuenerūt me custodes
qui circumierunt ciuitatem. Percusse-
runt me ⁊ vulnerauerūt me: tulerunt
pallium meum custodes muroz. Ad-
iuuro vos filie hierusalem si inueneritis
dilectum meum vt nunciatis ei: quis

Detzenn

Longes

amore langueo Qualis est dilectus tuus ex dilecto: o pulcerrima mulierum? Qualis est dilectus tuus ex dilecto: quia sic adiurasti nos? Dilectus meus candidus et rubicundus: electus ex milibus. Caput eius aurum optimum: come eius sicut elate palmarum: nigre quasi coruus. Oculi eius sicut columbe super riuulos aquarum que lacte sunt loti. et residet iuxta fluentem plenissimam. Genae illius sicut areole aromatum: confite a pigmentariis. Labia eius lilia distillata mirram primam. Manus illius tornatiles: auree: plene hyacinthis. Clater eius eburneus. distinctus sapphiris. Crura illius columine marmoree: que fundate sunt super bases aureas. Species eius ut libani: electus ut cedri. Guttur illius suauissimum. et totus desiderabilis. Talis est dilectus meus et ipse est amicus meus filie iherusalem. Quo abiit dilectus tuus o pulcerrima mulier. quo declinauit dilectus tuus? Et queremus eum tecum. VI

Dilectus meus descendit in hortum suum ad areolam aromatum ut ibi pascatur in hortis. et lilia colligat. Ego dilecto meo: et dilectus meus mihi: qui pascit inter lilia. Pulchra es amica mea suavis et decora sicut iherusalem: terribilis ut castrorum acies ordinata. Auerte oculos tuos a me: quia ipsi me auolare fecerunt. Capilli tui sicut grex caprarum qui apparuerit de galaad. Dentes tui sicut greges ouium: que ascenderunt de lauacro. Omnes gemellis fetibus. et sterilis non est in eis. Sicut cortex malipunicis: sic gene tue absque occultis tuis. Septaginta sunt regine. et octoginta concubine et adolescentularum non est numerus. Una est columba mea: perfecta mea: una est matri sue: electa genitrici sue. Uiderunt eam filie sion et beatissimam predicauerunt regine et concubine. et laudauerunt eam. Que est ista que progreditur quasi auro: et consurgens. pulchra ut luna. electa ut sol. terribilis ut castrorum acies ordinata. Descendi in hortum nucum ut viderem poma conuallium. et inspicere si floruissent

vinea. et germinassent malapunica. Nesciui. Anima mea conturbauit me: propter quadrigas aminadab. Reuertere reuertere sunamitis: reuertere reuertere ut intueamur te.

VII

Quid videbis in sunamite: nisi choros castrorum? O pulchri sunt gressus tui in calciamentis filie principum. Iuncture feminum tuorum sicut monilia que fabricata sunt manu artificis. Umbilicus tuus crater tornatilis nunquam indigenus poculis. Venter tuus sicut aceruus tritici: vallatus liliis. Duo vbera tua sicut duo hinnuli gemelli capree. Collum tuum sicut turris eburnea oculi tui sicut piscine in eseton. que sunt in porta filie multitudinis. Nasus tuus sicut turris libani: que respicit contra damascum. Caput tuum ut carmelus. et come capitis tui sicut purpura regis iuncta cannalibus. O pulchra es et quae decora charissima in delitiis. Statura tua assimilata est palme. et vbera tua lotris. Dixi. Ascendam in palmam. et apprehendam fructus eius. Et erunt vbera tua sicut lotr vinee. et odor oris tui sicut odor malorum guttur tuum sicut vinum optimum. Dignum dilecto meo ad potandum. labijsque et dentibus illius ad ruminandum. Ego dilecto meo. et ad me peruersio eius. Veni dilecte mi egrediamur in agrum: promouemus in villis. Mane surgamus ad vineas: videamus si floruit vinea: si flores fructus parturiunt. si floruit malapunica. Aliter dabo tibi vbera mea Mandragore dede runt odorem in portis nostris. Omnia poma noua et vetera dilecte mi seruaui tibi.

VIII

Uis mihi det te fratrem meum fugentem vbera matris mee ut inueniam te solum foris. et deosculer: et iam me nemo despiciat. Et apprehendam te et ducam in domum matris mee et in cubiculum genitricis mee. Ibi et docebis. et dabo tibi poculum ex vino condito et mustum malorum granatorum meorum. Leua eius sub capite meo. et dextera illius amplexabitur me. Adiuro vos filie iherusalem. Ne suscitatis neque euigilare

Sapientia

faciatis dilectas. donec ipsa velit. Que est ista q̄ ascendit de deserto delictis as-
fluens. inuixa sup dilectū suū? Sub ar-
lore malo suscitauit te. Ibi corrupta est
mater tua. ibi violata est genitrix tua.
Pone me vt signaculū sup cor tuū: vt
signaculū sup brachiū tuū qz fortis est
vt mors dilectio. dura sicut infernus
emulatio. Lampades ei? vt lampades
ignis atq; flammaz. Aque multe nō po-
tuerūt extinguere charitatē. nec flumi-
na obruent illā. Si cederit homo oēm
substantiā domus sue p dilectōe: quasi
nihil respiciet eam. Soror nra parua
et vbera nō habet. Quid facemus so-
rori nostre: in die qm̄ alloquēda est? Si
murus est edificemus super eum ppu-
gnacula argentea. Si ostiū est: ppinga-
mus illud tabulis cedrinis. Ego mu-
rus. et vbera mea sicut turr̄ is ex quo fa-
cta sum corā eo quasi pacē repiens. Ci-
nea fuit pacifico. in ea que habet ppos.
Tradidit eam custodibz: vir affert pro
fructu ei? mille argēteos. Clinea mea
corā me est. Nille tui pacifici ⁊ ducen-
ti his qui custodiūt fructus eius. Que
habitas in hortis. amici auscultant fac-
me audire vocē tuā. Fuge dilecte mi et
assimilare capree hinnuloq; ceruorum
super montes aromatum.

Explicunt cantica canticorum.

Incipit prologus in librū Sapientie.

Iber sapie apud hebreos
nuscq; est. Un̄ et ipse stilus
grecam magis eloquenti-
am redolet. Hunc iudei
Philonis esse affirmant.

Qui p inde sapientie nominatur. qz in
eo christi aduentus qui est sapientia pa-
tris. ⁊ passio eius euidenter exprimitur.

Explicit prologus. Incipit
liber Sapientie. Caplm I

Fligite

iusticia q̄ iudi-
cat; terrā. Sē-
tite de dño i lo-
nitate ⁊ simpli-
citate cordis q̄
rite illū: qm̄ in-
uenitur ab his
q̄ non tentant

illum: apparet aut̄ eis qui fidem habēt
in illum. Peruerse enī cogitatōnes se-
parant a deo: probata aut̄ virtus corri-
pit insipientes. Qm̄ in maliuolā aīam
nō introibit sapientia: nec habitabit in
corpe subdito peccatis. Spūs enī san-
ctus discipline effugiet fictum. et aufe-
ret se a cogitatōibz que sunt sine intel-
lectu. et corripietur a supueniente ini-
quitate. Benignus est enī spūs sapien-
tie ⁊ nō liberabit maledictū a labijs su-
is: qm̄ renū illius testis est deus. et cor-
dis illius scrutator est verus. et lingue
eius auditor. Qm̄ spūs dñi repleuit
orbem terraz. et hoc qd̄ p̄tinet oīa scien-
tiam habet vocis. Propter hoc qui loq̄-
tur iniqua nō p̄t latere: nec p̄teriet il-
lum corriprensus iudiciū. In cogitatōibz
enim impij interrogatio erit: ser-
monum aut̄ illius traditio ad deum ve-
niet ad correptionē iniquitatum illius.
Qm̄ auris celi audit omnia. et tumul-
tus murmuratiōnū non abscondetur.
Custodite ergo vos a murmuratiōne
que nihil prodest. et a detractōne par-
cite lingue. Qm̄ sermo obscurus in va-
cuum non ibit: os aut̄ qd̄ mentitur oc-
cidit aīam. Nolite celare mortē in erro-
re vite vīe: neq; acquiratis pditionem
in operibus manuum vīaz. Qm̄ deus
mortem nō fecit: nec letatur in pditio-
ne viuoz. Creatis enim vt essent oīa.
et sanabiles fecit nationes orbis terra-
rum. et non est in illis medicamentuz
exterminij. nec inferoz regnum in ter-
ra. Iusticia enī p̄petua est ⁊ immortal:
iniusticia aut̄ mortis acquisitio. Impij
aut̄ manibz ⁊ verbis accerserunt illam